

Karl Christian Woog


**De Nvmis Plvmbeis Vetervm Romanorvm Dissertit : Et Nobilissimos
Doctissimosqve Svmmorvm In Philosophia Honrvm Candidatos Ad Examina
Consveta**

[Leipzig]: [Verlag nicht ermittelbar], [1769?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn882532553>

Druck Freier  Zugang





208.

Lyriem drei Hüpfentafeln.

Nsm-1353¹⁻⁷.

- 1, Ruhe, Chr. Fr. Specimen philologicae numismatice - Latinae I et II. -
Tabulis et Lipsiae 1708. -
- 2, Wood, C. Chr., de nummis pelumbeis veterum Romanorum. Lips. 1769.
- 3, Eccardi, Jo. G., epistola de nummis quibusdam sub regimine Theodorici, regis
Ostrogothorum, in honorem Anastasii et Zenonis aedis. Hanoverae 1720.
- 4, Grabener, Theoph., Diss. de nummis Dionis. p. l. 1734.
- 5, Lohenschold, O. Ph., Diss. numum antiquum aegy. Theballoniae, urbis Illyridis,
descriptum et illustratum sistens. Tubingae 1755. -
- 6, Witzleben, M. Fr. J., selecta quaedam numismata graeca. Lips. 1754.



3
DE
NVMIS PLVMBEIS
VETERVM ROMANORVM
DISSERIT

ET
NOBILISSIMOS DOCTISSIMOSQVE
SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM
CANDIDATOS

AD
EXAMINA CONSVETA
INVITAT
M. CAROLVS CHRISTIANVS WOOG
ORDINIS PHILOSOPHICI IN ACAD. LIPS.

H. T.
PROCANCELLARIVS

DE
NUMIS P. L. V. M. B. E. I. S.
V. T. E. R. V. M. R. O. M. A. N. O. R. V. M.
D. I. S. S. E. R. T. I. T.

E. T.
NOBILISSIMOS DOCTISSIMOSQUE
SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM
C. A. N. D. I. D. A. T. O.

A. D.
EXAMINA CONSVECTA
I. N. V. I. T. A.
M. C. A. R. O. L. V. S. C. H. R. I. S. T. I. A. N. V. S. P. R. O.
O. R. D. I. N. I. S. P. H. I. L. O. S. O. P. H. I. C. I. I. N. A. C. A. D. E. M. I. S.
P. R. O. C. A. N. C. E. L. L. A. R. I. V. S.



...mum bellum
...dices pacem, confecto bello
...gator tamis ferens: ad alium
...scipiorum in alium, sine negotio
...quam puerum, qui vadium
...et si aliunde quid dantes
...tamen, eos modo in genere
...is interpretatur, ut ex
...modo de his plumbis
...L. Valerius P. P. modo
...muis, ut dicitur in
...plumbum hyperbolicis
...in dicitur in



Disputationem de re monetali veterum Romanorum instituunt eruditi, an numi etiam ex plumbo fuerint Romae olim? aliis id afferentibus, aliis prorsus negantibus: negarunt criticorum nonnulli, affirmant vno quasi ore antiquarii fere omnes. De hac concertatione pauca quaedam, priusquam id agam quod descriptione hac peragendum mihi est, breuiter fructimque in medium proferre, eiusque historiam probabiliter saltem exponere constitui, ita, ut nominatis vtriusque opinio-

nis praecipuis patronis et allatis primariis argumentis, eorum vim obiter perpendam, iudicium vero Lectoribus relinquam beneuolis.

Notum est, et PLINII aliorumque auctoritate constat, Seruium Tullium Regem Romae primum signasse aes circa annum urbis conditae CLXXVII; argentum signatum est anno V. CCCCLXXXV, quinque annis ante primum bellum Punicum; aurum vero post redditam reipublicae pacem, confecto bello Punico secundo, sexaginta circiter annis ferius: ast altum de plumbeis numis apud scriptores silentium, hinc negarunt magni nominis eruditi quam plurimi, eos vnquam apud Romanos in vsu fuisse, et si subinde apud classicos numorum plumbeorum fit mentio, eos modo in genere de viliori quacunq; mone-
ta interpretantur, vt GRONOVIVS ad *Martial.* I, 100, modo de aere plumbo adulterato, vt SALMASIVS ad *Fulv. Vopiscum* p. 417, modo de quibusuis parui pretii numulis, vt TAVBMANNVS ad *Plaut.* p. 670. Sic numum plumbeum hyperbola prouerbiali pro minimo pecuniae poni docet ERASMVVS *Adag.* p. 338, edit. Wechel. 1599. Sic eruditissimi viri SCALIGER, GRVTERVS, CASAVBONVS, Francisc. HOTTOMANNVS ICTVS, IO. SMETIVS, B. G. STRVVIVS et alii, quos et quorum libros non allegabo, in eo consentiunt, plumbum e monetariis Romanorum officinis fuisse relegatum. His saltem addo recentiore superioris saeculi ad finem vergentis scriptorem, IOH. REISKIYM, scholae Guelferbytanæ Rectorem quondam meritissimum, qui ficto Iani RVTGERSII nomine magna contentione numos plumbeos impugnauit, et contra IOH. HENR. EGGELINGIYM, Reipublicae Bre-
menfis

mensis Syndicum, in omni antiquitate versatissimum, et Antinum Musaei Molaneani plumbeum, vel stagneum, quod Reuerendissimus Abbas malebat, genuinae er indubitandae antiquitatis esse defendentem, ex instituto, collectis vndique argumentis refutauit, et omnia quae supersunt hodie monumenta plumbea falsitatis arguit, quibus non ornentur sed onerentur gazae. En scripti huius integrum titulum: IANI RVTGERSII *de orbe stagneo, aut numo potius adulterino, seu reprobo, Antinoi ad Virum Nobiliss. Ioh. Henr. Eggelingium epistola, et haec quidem e Parnasso per scribas nuntiosque publicos 1698 exarata Bremamque perlata.* Frf. 1699, 4. Huic se se ante viginti et quod excurrit annos peculiari libro, statim laudando, iussuque Serenissimi Principis Brunsvicensis conscripto, opposuit Illustris SCHLAEGERVUS, quo respondet eorum argumentis quibus de plumbo signato orta est dubitatio, et eorum masculule agit partes, qui et olim in vsu fuisse numismata talia, et adhuc hodie in ditiorum gazophylaciis superesse asserunt. Horum nunc enumeranda essent nomina, sed breuitatis studio ex iis eos saltem excitabo, qui varias simul et diuersas causas commemorarunt cur et in quem vsum fuerint fabricata. Basil. FABER in *Thesauro v. Quadrans* opinatur quadrantes fuisse numos plumbeos Romae publica auctoritate efformatos. Illustr. SCHLAEGERVUS non modo quadrantes sed cuiuscunque moduli numos plumbeos Romae fuisse signatos, vsum monetae praestitisse, iisque in monetaria officina sacra cusis necessaria emi potuisse, defendit. Illustris vero SPANHEMIVS de *praestantia et vsu numismatum antiquorum* Tom. I. fol. 46. eos non Romae sed in Graecia olim vel in Sicilia fusos Romam fuisse perlatos credit. BAVDELOTIVS, (*de l'Utilité des Voyages*, Tom. II, p. 309,)

p. 309,) omnes numos plumbeos Saturnales fuisse et tempore tantum Saturnalium apud Romanos ad feruorum lusus in usu fuisse contendit. FRANC. FICORONIUS in splendido et eximio opere de plumbeis antiquorum numismatibus (*I piombi antichi*, Rom- 1740, 4.) vniuersos numos plumbeos in ludis publicis tesserarum loco fuisse adhibitos, iisque datos, qui eos cupiebant spectare, arbitratur.

Haec de historia huius concertationis; nunc de argumentis. Habent vero assertores numerum plumbeorum duplex potissimum, alterum erutos tales hodie adhuc in gazophylaciis videndos, alterum PLAVTI et MARTIALIS, vt volunt, testimonia. Plumbum, quum sit omnium metallorum mollissimum, temporum iniuriae non resistit, sed vel dimidio saeculo corroditur, obseruante E. G. RINCKIO *de veteris numismatis potentia et qualitate*, p. 35, quo Consultissimo Viro nemo adhuc diligentius recensuit ea, quae ad numerum veterum perfectam spectant cognitionem, iudicante BANDVRIO in *Biblioth. numar.* p. 141. Numi igitur plumbei ex vetusto aeuo supersint paucissimi necesse est, et Ottonibus aeneis primi moduli Romae percussis, si qui sunt, Pescenniis nigris, auro, immo lapidibus pretiosis seu gemmis iure aestimantur pretiosiores a rerum antiquarum collectoribus. Superfunt tamen in summorum imperantium et eruditorum numophylaciis adhuc sat multi, ad numerum triginta circiter et vltra, quos oculatissimi veterum numismatum interpretes pro genuinis et certissimae vetustatis et probitatis agnoscunt. Tales omnino sunt quatuordecim illi, si non omnes certe plurimi, quos superiori saeculo Romae partim, partim ex adiacentibus agris effossos in Museo suo habuit LAVR.

PIGNORIVS, et in egregio libro *de feruis* p. 123. aeri in-
 cifos exhibuit, in quibus IACO PHILIPP. THOMASI-
 ONVS adeo expressa obseruauit venerandae antiquitatis ve-
 stigia, vt, quamuis antea plumbeam Romanorum mone-
 tam noluisse agnoscere, his cimeliis conspectis, illico in
 contrariam adduceretur opinionem. Talibus cimeliarchia
 SAVOTI, ROSTAGNI, quos Auignione vidit et anti-
 quos cognuit IOBERTVS, *La Science des Medailles*, In-
 struct. II. PAESCHII aliorumque instructa fuerunt.
 Tales etiam CAROLI PATINI quatuor esse creduntur in
Introductione in historiam numismatum p. 37, inter quos
 Claudii ille ex altera parte inscriptus IO IO SAT Baude-
 lotii sententiam mirifice confirmat, qui pro ea tuenda ipse
 nonnullos alios edidit, licet in eo errare videatur, quod
 plumbeos omnes Saturnales fuisse asserat, quum inuenian-
 tur etiam nonnulli sacra Imperatorum facie signati, qua
 tamen in ludis hisce nugalibus abuti licuisse non est proba-
 bile. Ex horum classe est sine dubio Guelpherbyti in
 gaza Ducali asseruatus qui in Aegypto in cryptis sepul-
 chralibus prope Cairo in arcula ad latus cadaueris medicati
 (*nummae*) vnacum icuncula aurea et gemma Isiaca fuit
 repertus, et quem supra laudatus Illustris SCHLAEGERVVS
 peculiari libro omnis eruditionis copia referto descripsit,
 illustrauit, vindicauit hoc titulo: *Commentatio de numo Ha-*
driani plumbeo, et gemma Isiaca in funere Aegyptii medicato re-
pertis, Serenissimi Celsissimique Principis ac Domini, Domini
Caroli Ducis Brunsvicensis, etc. iussu clementissimo adornata a
 IVL. CAR. SCHLAEGERO, Helmft. 1742, 4, mai. Alph.
 I, plag. 4. Numus est primi moduli, eiusque pars an-
 terior Imperatoris Hadriani caput laureatum exhibet ita
 inscriptum ΑΥΤΟΥΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ
 ΚΕΒΑΣΤΟΣ,

CEBagos, in auersa vero est templum seu potius porticus templi, in qua icunculae Canobi et Isis visuntur sine inscriptione, praeter litteras annum imperii notantes. Huc spectat *Gerhardi Molani*, Abbatis quondam Luccensis, Antinous, cuius alterius partis suspectam inscriptionem OKTIAIOS MAPKEΛΛOC OPEYC TOY ANTINOOS, loco O IEPEYC TOY ANTINOOT vindicat illustr. SCHLAEGERS l. c. p. 35, et simul memoriae prodit, Anglum quendam, rei numariae valde peritum, pro eo centum unciales obtulisse Abbati, qui tamen magnam hanc pecuniae summam recusare quam tanto cimelio carere maluit. Huc spectat etiam Faeschianus, ex altera parte Neronem Caesarem, ex altera Claudiam Augustam, eius ex Poppaea filiam, cuius in nullo alio numismate facies apparet, referens. His egregii operis vnum ex mea suppellectili antiquaria possem addere, nisi vererer mihi obiectum iri, me nimis laute de ea sentire; in eius tamen commendationem asserere possum, ex Magna Graecia, ex insula Aenaria, allatum eum mihi a Viro Illustrissimo, qui non ita pridem viuis interesse desuit quique auro, argento et aere numarios meos subinde locupletare solebat loculos, dono fuisse datum, habereque eum IOBERTO c. l. memorata antiqui plumbi requisita; albet enim magis, et pondere orbem eiusdem magnitudinis et crassitiei ex recentiori plumbo fusum superat tribus drachmis, totum vero pondus est nouem drachmarum. Ei quodammodo similis est ille inter maximi moduli, *Medagliones*, Regis Galliae tab. IV, n. 6, quem SPANHEMIVS c. l. Tom. II, fol. 650 iterum edidit et descripsit. Sed mitto hunc, et de PLAVTI atque MARTIALIS potius agam testimoniiis, quibus in medium allatis, inquiram an probent
et

et ista? PLAVTVS in *Cassina* II, 3, 40 seruum nequam, nihili, atque improbum describens addit *cui homini hodie peculi numus non est plumbeus*, et iterum in *Mostellaria* IV, 4, II, *Tace sis faber, qui cudere soles numos plumbeos*, nec non in *Trinumo* IV, 2, 120, de sycophanta iactante sibi a Charmide, qui ipsi ignotus adstat, mille numorum Philippearum fuisse concredita ait ille: *quem ego, qui sit homo, nescio: neque otulis ante hunc diem unquam vidi: sine aurum crederem? cui, si capitis res fiet, numum nunquam credam plumbeum.* MARTIALIS *Epigrammat.* I, 100, avarum perstringens qui fordibus monetae nigrae instruat epulas lautiores semel toto in anno, ita pergit: *ut septem veteres tui sodales constemus tibi plumbea selibra.* Idem X, 75, ubi conqueritur aurigas Romae consequi maiora praemia quam clientes ita porro: *quamdiu saluator anteambulones et togatulos inter centum merebor plumbeos die toto?* i. e. sportulam centum quadrantum. Scio horum testium auctoritatem multis magnae existimationis eruditis, a quibus dissentire religioni mihi duco, facere satis; sed liceat eorum pace hos testes reiicere, et per plumbeos numos non proprie tales, sed monetam ista aetate publice nouiterque usam, pondere imminutam, viliorisque pretii intelligere, ob has quidem rationes: primo poetae sunt, quibus per translationem loqui elegantiae est et ornamento, sic plumbea vina, plumbea mala apud eundem MARTIALEM, sic plumbeus pugio apud CICERONEM, hinc LVDOV. SAVOTVS, *Discours sur les medailles antiques*, p. 56, et Claud. CHIFLETIVS, *de antiquo numismate*, pag. 75, strenui alias plumbeorum numorum assertores, ex locis hisce nihil posse probari agnouerunt, deinde PLAVTVS

OTIOQ
**
ex-

expresse habet, qui cudere soles numos plumbeos, plumbum autem non cuditur, sed funditur; et tandem solet subinde numos suo tempore cusos aperte reprehendere atque contemnere, v. c. in *Casinae* prologo, v. 9

Nam nunc nouae, quae prodeunt, comoediae

Multo sunt nequiores, quam numi noui.

Nec omnino nullam despectus habuit causam; quod si enim CICERONI de *clar. orat.* 60, credamus, eum A. V. DLXVIII. mortuum esse, et ultra septuagesimum aetatis annum vixisse ponamus, triplicem assium diminutionem peruixit, legeque Papiria, quae A. V. DLXIII. lata fuit ut asses qui uncialis tunc erant semiunciales fierent, effectum est, ut librae vigesima quarta pars idem valeret quod olim pondo aeris librare integrum, et denarius octodecim aestimaretur assium, qui olim decem, sic et auri pretium auctum. Restat ut de eorum argumentis, qui falsarios fabrefecisse quidquid plumbi signati antiqui hodie circumfertur, aliquid et vel tribus saltem verbis dicam. Legem Corneliam de falso, A. V. DCLXXIII. a Cornelio Sulla latam, omnem numorum plumbeorum usum prohibuisse prorsus. En ex VLPIANO ipsius legis verba: *Eadem lege exprimitur, ne quis numos stagnaeos, plumbeos, emere, vendere dolo malo vellet.* Sed BAUDELOTIYS l. c. pag. 217, emendauit *temere*, i. e. sine magistratus concessione; et ASCONIUS PEDIANUS in *Comment. in aliquot Orat. Ciceronis* p. m. 102, sensum huius legis esse dixit, *ne quis priuatus pecuniam faceret.* Ex solempni porro


porro totiesque in numis obuia formula A. A. A. F. F. probare fatagunt, nullum vnquam plumbum Romae fuisse cufum, quasi veteres ea ipsa indicauerint, se Auro, Argento, Aere Flando Feriundo, non aliis metallis signandis fuisse occupatos. Sed quis est qui nesciat vocabuli *aeris* late patere notionem, vt non modo plumbum comprehendat, sed saepe aurum et argentum? Sic *aes alienum* contraxisse dicitur, qui aurum et argentum debet, sic in *aerario sanctiore* aurum ad vltimos casus seruabatur. Reliqua argumenta minus adhuc valent, a triumuiris nimirum monetalibus, et a typo *Sacrae Monetae* desumpta, quae subinde per tres mulieres, dextra manu bilancem, sinistra cornu copiae tenentes, exprimitur; fuerunt enim aliquando plures monetales, et sacra Moneta saepe vnus mulieris figura repraesentatur. Parum igitur proficiunt, qui numos plumbeos omnes reiiciunt, et durum mihi videtur, iis, qui perhibent se vidisse et habere tales, fidem non habere. Licet non credam publici vsus eos vnquam fuisse, tamen in Saturnalibus, in ludis et spectaculis publicis tesserarum loco praestitisse vsus, et maxime in funeribus ad portorium siue *ναῦλον* Charonti soluendum, ideoque urnae, ori, dextrae, loculo, fuisse inditos, habeo persuasum.


Sed apud beneuolos Lectores sit iudicium. Nunc vos compellare me iubet praesentis temporis et officii, quo ELECTORALI AVCTORITATE et Indulgentia fungor, ratio summorum in Philosophia honorum NOBILISSIMI CANDIDATI, qui ex conscientia dignitatis et eruditionis vos dignos sentitis horum diligentiae et doctrinae

doctrinae praemiorum. Accedite igitur et apud me nomina VESTRA, vt in more positum est, profiteamini: diem consuetorum examinum, simulac erit constitutus, significabo e valuis. Caeterum de benevolentia Ordinis nostri meoque in vos studio vt sitis persuasissimi vehementer rogo atque contendo. P. P. Lipsiae Dominica I. Aduentus, A. R. O. MDCCLXVIII.



- 1, pag. 66. Q. 1.
- 2, fol. 4. p. 38. Q. 1.
- 3, pag. III.
- 4, fol. 8. Q. 1.
- 5, p. VII.
- 6, p. 15.
- 7, fol. 6. p. 80.





s, et in egregio libro *de seruis* p. 123. aeri in-
tit, in quibus IACOB. PHILIPP. THOMASI
expressa obseruauit venerandae antiquitatis ve-
tustissimae antea plumbeam Romanorum mone-
tagnoscere, his cimeliis conspectis, illico in-
duceretur opinionem. Talibus cimeliarchia
OSTAGNI, quos Auignione vidit et anti-
ROBERTVS, *La Science des Medailles*, IN-
FAESCHII aliorumque instructa fuerunt.
CAROLI PATINI quatuor esse creduntur in
historiam numismatum p. 37, inter quos
XI altera parte inscriptus IO IO SAT Baude-
n mirifice confirmat, qui pro ea tuenda ipse
os edidit, licet in eo errare videatur, quod
ines Saturnales fuisse asserat, quum inuenian-
nulli sacra Imperatorum facie signati, qua
hiscenugalibus abuti licuisse non est proba-
orum classe est sine dubio Guelpherbyti in-
asseruatus qui in Aegypto in cryptis sepul-
be Cairo in arcula ad latus cadaueris medicati
cum icuncula aurea et gemma. Iliaca fuit
nem supra laudatus Illustris SCHLAEGERS
omnis eruditionis copia referto descripsit,
indicauit hoc titulo: *Commentatio de numa Ha-*
et gemma Iliaca in funere Aegyptii medicato re-
mi Celsissimique Principis ac Domini, Domini
Brunoswicens. etc. iussu clementissimo adornata a
HLAEGERO, Helmft. 1742, 4, mai. Alph.
Numus est primi moduli, eiusque pars an-
oris Hadriani caput laureatum exhibet ita
ΤΟΥΡΑΤΩ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ
ΚΕΒΑΣΤΟΣ,